

Tollit et e medio nos inimica manus
Hinc laqueos nobis ponit hinc retia tendit
Hinc lapsis inde parit missa sagitta necem
Hinc inuisicatis pedibus retinemur et alis
Fallimur et dulci sepe conante tono
Ista nec immerito patimur lumenque coacti
Plurima. que gratis facta fuisse liquet
Gallus interrumpens verba
Corui et hanc orationem habuit



Alia dicenti respondit gallus. amice
Pone modum verbis sunt satis ista tace
Sunt discreta minus tua verba minusque diserta
Nec sapit in nostro pectore sermo tuus
In sermone tuo nimis es diffusus habundans
Verbis non sensu quod solet esse senum
Olim lingua tibi damnosa fuisse refertur
Sed nec adhuc quicquam profuit illa tibi
Plurima vidisti velut is qui tempore longo
Vixit et inspexit secula multa retro